



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Ecclesia**

**Buchinger, Michael**

**Dilingae in Rhetia, 1556**

**VD16 B 8998**

Peroratio Avthoris Ad Lectorem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64468](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64468)

PERORATIO AVTHORIS

Ad Lectorem.

**H**Abes candidissime Lector, quisquis es, in-  
troductiões has nostras, paucis ac ceu sub-  
cisiuis horis absolutas, in quibus nõ spectas  
bis uerborũ corticem, sed medullã, non carnẽ sed  
spiritũ, non uerborũ duritiem ac incõcinnitatem,  
sed materiæ ac rei maiestãtẽ, est enim causa fidei,  
in qua non uerbis, (nemo enim leditur nec dãna-  
tur, uerũ uel uirtutes commendantur, uel uitia  
taxantur) non prudentia carnis certandum, sed  
spiritu, sed ueritate, quæ olim triũphabit, utcũq;  
iã ab hominibus cõculcetur, utcũq; iacturam pa-  
tiatur: uincit tamen si quãdo diligẽtius examina-  
ta fuerit. Vita breuis est, inquit Cicero pro Se-  
stio, gloriæ cursus sempiternus. Inueniet hic inge-  
nuus nõ pauca ad bene, beateq; uiuendũ hortamẽ-  
ta. Discet hic hereticorũ terriculamenta esse fu-  
gienda, & uoluptatum fugam, ad sanctiorem uitã  
q̃ maximẽ conducere. Nec ista scripsimus, ut ex-  
tolleremus ecclesiam (cui omnia submittimus) seu  
huius fidẽ quæ nullius cõmendatiõe aut præconijs  
indiget: tantũ abest, ut nostris egere uideatur: sed  
ad fratres cõfirmãdos, et externos quoq; perducẽ-  
dos ad tãti boni cõunionẽ. At iã nũc quosdã cri-  
ticos

ricos exaudire uideor, meis lucubratiunculis obstrepentes. Hui: Quid mihi Buechingere cū istis tuis frigidis exercitationibus? Scio ego, haud illas esse, quæ præclaris ac maximis ingenijs respōdeat, (mibi enim non tam propitius Mercurius, nec tam dulces camenæ. Daui non Oedipi sumus) sed ut authoritate sua paruo pedi magnos calceos circudent. Quapropter amicissime lector rogo, ut hoc studium quod tam innumera secum adfert commoda studiosè amplectaris, pariter ac pronā beneficiendi uoluntatem æquo animo suscipias, quæ ad promouenda piorum studia edita sunt. Hæc si placuisse cognouero, omnibus ingenij corporisq; neruulis conabor maiora quæ postea Deo auspicante condonabuntur; Quicquid autem est operis in hoc tibi inscribitur, ut arbitrio stetq; cadatq; tuo. Verum ne te optime lector longis ambagibus circumducam, & ne compendium nostrum titulum breuitatis amittat, paucissimis uerbis comprehendam capita tractandorum.

Index